



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 47. Ruperti mors. Sigismundus Imperator.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

nunciatas. Per alias deinde litteras 21 Sæcul. XV.  
 Julii scriptas approbat sententias a Conci- A. C. 1410.  
 lio Pisano, & Alexandro V latas in Gre-  
 gorium, Benedictum, horumque fautores. n. 23.

§. XLVII.

*Ruperti mors. Sigismundus Impe-  
 rator.*

**D**uodecimo Calendas Junias Imperator  
 Rupertus Oppenheimii vitæ cursum  
 confecit anno decimo sui regiminis.  
 Quod edoctus Papa Joannes ad Electo- Trith. 1410.  
 res misit Nuncios cum litteris, quibus il-  
 los magnopere hortabatur, & orabat, ut  
 in Romanorum Regem eligerent Sigis-  
 mundum Luxemburgium, tunc Regem  
 Hungariæ, Imperatoris Caroli IV filium;  
 ac Wenceslai fratrem. Reapse hunc il-  
 li Francofordiæ post consultationem se-  
 dulam cooptarunt, postquam Virum dig-  
 niorem haud invenerant.

Nam is erat Princeps prudentissimus,  
 constans, magnanimus, pius, liberalis,  
 præstans corporis specie ad majestatem  
 apposita, lectione crebra eruditus, & mul-  
 tas callens linguas: sæpe pugnaverat  
 cum Turcis, ac ex horum Ducibus tri- Gobel. pag. 289.  
 ginta duos ceperat. Vigesima Septem-  
 bris fuit, qua eum eligebant Archiepisco-  
 pus Trevirensis, Comes Palatinus, &  
 Marchio Brandeburgius: deliberabant  
 Xx 5 adhuc



Sæcul. XV.  
A.C. 1411.

adhuc Archiepiscopi Moguntinus, & Colonienſis, ac poſtea Jodocum Moraviæ Marchionem cooptarunt: ſed grandis natu 20 Martii anno ſequente obiit. Tum Electores cuncti agnoſcebant Sigismundum: qui regnavit annos viginti ſeptem.

## §. XLVIII.

*Papæ Joannis Cardinales novi.*

Die ſabbati intra octavam Pentecoſtes ſexta Junii anno 1411 Papa Joannes quatuordecim Viros genere inſignes alios, alios doctrina nobiles creavit Cardinales, ut ſe muniret contra Regem Ladislaum Gregorii deſenſorem, cæterosque ſchiſmaticos. Primus illorum erat Franciſcus Landus Nobilis Venetus, ac Juris Doctor ex Epifcopo Concordiæ Patriarcha Gradinus, poſtea Conſtantinopolitanus, Cardinalis Preſbyter de S. Cruce in Jeruſalem. Secundus, Antonius Pancerinus ex Forojulienni agro Aquilejenſis Patriarcha, Gregorii partibus, quas aliquamdiu ſecutus erat, ob malam ejus fidem in concordiæ negotio deſertis, bello de ſede pulſus ſua; ſed per Papam Joannem Antonio Pontino, quem Gregorius ſubrogaverat, amoto reſtitutus, modo Cardinalis Preſbyter de S. Suſanna.

Tertius, Alemannus Adimarus Florentiæ inter Nobiles, Doctoresque Juris,  
&

Th. Niem.  
Vitæ c. 23.

Onuph.  
c. 281.

Ughell. to. 5.  
p. 132.